Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



260

flexo dix. si uis potes me mundare & celere usq: ad illud.
ubi ait. & clamabat dicentes. Tue fili dei. & uehementer comm
nabatur eis. ne manifestarent illum. hucq dulcamum posuimus.
simile aliquid. & lucas dic. sed sine aliqua repugnantia questione.
Sequitur marcus. & ascendens in montem uocauit ad se quos uoluit ipse.
& uenerunt ad eum & fecit esse duodecim cum illo. & ut mitteret eos
praedicare & dedit illis potestatem curandi infirmitates & eiciendi
daemonia. & inposuit simoni nomen petrus. & celere usq: ad illud.
ubi ait. & abit. & coepit praedicare in decapoli. quanta sibi fecisset &
ibi & omnes mirabantur. De nominib: discipulorum iam & antea
me loquutum scio. Cum ordinem seq:rer. & hic rursus admo
neo neque quisquam putet. nunc accepisse nomen simonem. Ipse rursus uocare
tur. & sit contrarium iohanni. qui longe ante illi dictum esse commemo
rat. Tu uocaberis cephas. quod interpretatur petrus. Ipse enim
uerba dni commemorauit. quib: & nomen in posuit. Marcus autem hoc loco
id re capitulando commemorauit. Cum ait. & inposuit simoni nomen
petrus. Cum enim uellet nomina duodecim apostolorum enumerare.
& necesse habet eum petrum dicere. breuiter insinuare uoluit. quod non
hoc ante uocabatur. sed hoc ei dns nomen inposuerit. non uno.
sed quando iohannes ipse uerba dni posuit. Celere nihil
cuiquam repugnant & antea iam praetractata sunt.

Sequitur marcus. & cum uenisset ascendisset ihs in nauim rursus trans
fretum conuenit turba multa ad illum. & erat circa mare. & cele
ra usq: ad illud. ubi ait. & conuenientes apostoli ad ihm renun
tiauerunt illi omnia quae egerant & docuerant. hoc tamen
dix. Cum lucas nihil de discordans. celeriter ante tractata. sequitur
marcus. & ait illis. uenite seorsum in deserto locum. & requi
escite paululum. & celer. Usq: ad illud. ubi ait. quanto autem
eis praecipiebat tanto magis plus praedicabant. & eo am
plius admirabantur dicentes. Bene omnia fecit. & surdos
fecit audire & mutos loqui. In his cum luca. marcus nihil
quod repugnare uideatur. & superiora omnia consideranda.